

(4)

PSALMI DVO  
ELEGIACO CARMINE  
REDDITI A

VALENTINO CRISPO  
PANNONIO.



ITEM PRAECATIO AD FILIUM  
DEI PRO PUBLICA SALVATORE  
PANNONIAE.

VVITEBERGAE

ANNO

1557.

# REVERENDO VIRO, ER VDITIO.

NE ET VIRTUTE PRAESTANTI DOMINO

Gaspardo Helto docenti Euangelium in Ecclesia DEI in ea Parte

Pannonia, que nunc nominatur Transyluania, cum uetus no-

men fuerit Regio Iazygium, in urbe Claudiopoli

que nunc est Colosuar. S. D.



T quotidie mente intueror Pannoniae calamitates, in qua  
& a Turcis & a defensoribus multis annis fiunt aſidue ua-  
ſtationes, & ſimul cogito promiſionem diuinam, in qua die  
citur poſtemas Eccleſia reliquias ſimiles fore ſterili uinde-  
mie in qua paucis botris repertis gauſurus ſit uineæ cultor  
& mandaturus ne ille tam pulchre uiae uiolentur, quia ſint benedictio Do-  
mini. Talis nunc eſt noſtra Pannonia moſtiſima, in qua inter tantas uaf-  
tiones Deus tamen immenſa misericordia colligit adhuc Eccleſiam & ſer-  
uat, ut in ſterili uindemia aliquas uias. Hoc tantum DEI beneficium grati-  
agnoscamus & celebremus. Tantisper autem ſeruabit, donec ſtudia doctri-  
ne noſtri ciues colet, que quidem tueri te ſumma cura ſcio. Quare ad te  
hoc exiguum ſpecimen meæ diligentiae mitto, teq; oro, ut mea & aliorum  
diſcentium ſtudia Patri meo & alijs noſtris commendes. Ut redderem Psal-  
mos latinis uersibus, ingenti dolore motus ſum. Lego enim & repeto  
Pſalmos, ut remedia queram cogitans de patriæ calamitatibus, & me ad  
precationem accendam. Quid enim aliud facere poſsumus nos priuati ho-  
mines. Deletur patria ήγειρόντων κακότητι, ταραχή φασίν δε τις ἔσαι,  
ut in ueteri oraculo dicitur. Erit autem leuatio propter uota & conuer-  
fionem piorum, ſicut scriptum eſt etiam ruentibus imperijs Filium DEI  
Eccleſiam ſeruaturum eſſe, quem toto pectore oro, ut ſemper in no-  
ſtra patria eternam Eccleſiam colligat & aliqua ei tran-  
quilla hospicia præbeat. Bene uale. Date Vuiten-  
berge X. Calend. Auguſti Anno Domini  
M. D. LVI.

Valentinus Crispus  
ciuiſ tuus

# PSALMVS XLII.

## QVEMADMODVM CERVVS desiderat

### ARGUMENTVM

Mæstia propheta canit propria sub imagine corda,  
In cruce, que stimulas hostis inique, graui.  
Sed pius adflictos animos D E V S erigit, ipse  
Sustentat famulos, anchora fida, suos.

## VINCENTI ERVDIENS CANTICVM FILIORVM CORACH.

**S**icut aquas mitis fontanas ceruus adire,  
Membra grauiq; cupit fessa leuare siti.  
**V**t celos peragrat montes syluascq; profundas,  
Dum miser optatam prosequitur requiem.  
**S**ic anima ad Dominū mea nunc secedit amicum,  
Et sitit Aeterni gaudia uera D E I.  
**S**æpe loquor tali mecum ratione gemiscens,  
Talia singultu uota frequente fero.  
**O**utinam ante Deum possem cōsistere summum,  
Hæc misero nîmum lux mihi grata foret.  
**E**ffluit ecce mihi lachrymis nox tota profusis,  
Proq; cibo fletus sunt alimenta mihi.  
**T**urba superborum maledictis urget acerbis,  
In quo fiscq; loco me D E V S alme rogat.  
**H**æc animus sese meditans uelut exuit ipse,  
Magna meumq; premit sollicitudo caput.  
**N**on numeris Dominum lætis celebrare uererer,  
Si possem consors agminis esse tui.

A ñ Legis

Legitimosq; sonos sincerè reddere vellem,  
Et cancerem laudes templa per alta tuas,  
Sed mea cur frangis tanto mens corda dolore,  
Nec dubitas uario me cruciare modo?  
Tu potius Domino penitus confide benigno,  
Pharmaca qui ueræ firma salutis habet.  
Vnica namq; salus miseris dependet ab illo,  
Qui seruare potest dignus honore DEVS.  
Quam iaceam læuo dudum percussus agone,  
Nostri, qui cernis cuncta creata DEVS.  
Ipse tuæ genitor bonitatis conscius, ad te  
De patria ardentes perfero sede preces.  
Iordanis rapitur uarijs qua flexibus annis,  
Hermon ubi montes eminet ante alios.  
Vortice ceu gurges rapido ruit altus in undis,  
Cum strepitus fluuij personuere tui.  
Sic nostrum tāquam fluuiorum turbine pressum,  
Ulterius poterit vix superesse, caput.  
Totus sum magna constrictus mole malorum,  
Ex unoq; fero tristia multa malo.  
Sed rursus flamas erga te pectus amoris,  
Concipit, & pergit fundere uota, meum  
Nulla tui lux est non conscientia summe fauoris,  
Assidue recinam nomina sancta DEI.  
Vota tibi noctis faciam repetita per horas,  
Autor enim uitæ es præsidiumq; meæ.  
Ad te uera DEVS semper suspiria mittam,  
Excidimus ne tua mente benigne Pater;  
Vultum quæso sinas ne sic tabescere nostrum,  
Dum me destituis, me premit hostis acer.

Ostibus

Ostibus est ueluti clades tristissima nostris  
Vox, qua me miserè pessimus hostis agit.  
Quottidie tetrī insultans uocibus inquit,  
Est ubi quem iactas nunc DEVS ille tuus?  
Cur tam sollicita es mens o mea, cur ab amico  
Non petis auxilium mœsta dolensq; DEO.  
Expectes Domini solatia magna potentis,  
A quo seruatus carmina lœta canes.  
Sensibus infundas solamina dulcia nostris,  
Qui DEVS es uitæ spesq; salusq; meæ.

### PSALMVS LI.

Miserere mei DEVS secundum etc.

Insticiam uere fidei depingit apertam  
Turba, que legis iussa severa timet.  
Quæ sit origo docet peccati quæq; ruina,  
Et DEVS absoluat quæ ratione monet.

VINCENTI PSALMVS DAVID CVM VENISSET  
AD EVM NATHAM PROPHETA, POST  
QVAM INGRESSVS FVERAT  
AD BATSABAM.

O Mnipotens, miserere mei miserere, precantis  
In miseræ tristi mortis agone, DEVS.  
Deleat o superans lapsus tua gratia nostros,  
Sit teatumq; tua præ bonitate scelus.  
Tu roseo delicta laua patrata cruore,  
Quem tuus effudit maxima λυτρα λογος  
Namq; tuæ fateor uiolauí oracula legis,  
Ante meos oculos facta scelestæ iacent.  
Nos ut abortiuæ miseri spectacula massa;  
Coram tecq; sumus nil nisi massa rea.

A ij Vera

Vera profecto tuæ est legis maledictio sanctæ,  
In pœnis mendax sis epicure furens.  
Semine me labis pleno genuere parentes,  
Mater concepit me rea facta necis.  
Te præstare iuuet promissi munera uerbī,  
Quod mundi ignorat turba uelsana mali.  
Lactentī pateant tua dogmata rite puello,  
Iusticiæq; mihi quæsto aperito uiām.  
Me uelut hyssopo Christi consperge cruore,  
Euadā pura candidiorq; niue.  
Læticia pacisq; mihi noua gaudia præbe,  
Ossaq; muneribus sint mea læta tuis,  
Aspiciant turpes nunq; tua lumina sordes,  
Projice peccatum post tua terga meum.  
Tu Mediatoris quid possit passio nostri,  
Aspice iamq; libens crimina nostra tege.  
Candida iustificante fide sint pectora nostra,  
Nostraq; sint statu uiscera firma tuo.  
Ne tua me facies abiectum quæsto relinquat,  
Flaminis eripias non mihi dona tui.  
Gaudia redde mihi uerae DEVS alme salutis,  
Spiritus & pacis languida corda regat.  
Sic tibi seruatus multis tua dogmata pandam,  
Atq; canet laudes plurima turba tuas.  
Anobis tragicus uitæ procul exitus absit,  
Vnica mi DEVS es uita salusq; mihi.  
Iusticiam celebrabo tuam per secula cuncta,  
Adflatu flectas sed mea labra tuo.  
Certè perpetuo laudes tibi carmine dicam  
Pro meritis, quanquam sum minor ipse tuis.

Nul'a

Nulla Deum placat uitulorum uictima summum,  
Bruta iuuant oculos non holocausta tuos.  
Sed sacra uera DEI cernit generosa uoluntas,  
Corda iuuant celsum nam tremefacta DEVM.  
O turbata DEVS contritaq; corda leuato,  
Nos tua non temnat gratia, membra λόγια  
Tu meritis placide mœstam cumulato Siona,  
Cuncta potens celsa pro bonitate DEVS.  
Mœnia sic solymæ consistent fortiter urbis,  
Ac tua perpetua nomina laude uehent.  
Tunc tibi iusticiæ sanctissima dona placebunt,  
Et cadet in templis uictima multa tuis.  
Muneribus populus mandatis instruet aras,  
Fine carente sonans nomen honore tuum.

## PRECATIO AD FILIVM AETER

num, λόγος ὑφισάμενος διδίου πατρός pro  
adflucto regno PANNONIAE.

**C**hriste cui supplex qui stas Patris ante tribus  
Iratum nobis conciliasq; patrem. (nal,  
Aspice Pannonicæ metuenda pericula genti,  
Clementerq; tuo fer pia uota Patri.  
Oro tuere tuum propter tua nomina uerbum,  
Non queat esse potens in tua castra Satan.  
Tu miserere DEVS nostri fer opemq; precamur,  
Nos es mercatus sanguine Christe tuo.  
Ipse sacrí cur es crucifixus in arbore ligni?  
Non Mediatoris nomen inane geris.  
Ne patiare trucis grassari fulmina Turcæ,  
Ne crescant laudem regna perosa tuam.

Tu

Tu Mahumetani reprimas mala dogmata Ditis,  
 Quæ te diuinum numen habere negant.  
 A nobis depelle lupos falsoscȝ prophetas,  
 Ne nos implicitos retibus ore vorent.  
 Fit similis totus Sodomea impietatis orbis,  
 Cum reliquum semen non sinis esse DEVS.  
 Mortua turba colet DEVS o te maxime, nunquam,  
 Ergo sit curæ Pannonis ora tibi.  
 Reliquias illic serua, non ipsa ruinam,  
 A Mahumetano pressa furore trahat.  
 Ut foueat dulces Ecclesia, ut halcyo, nidos,  
 Da placidos illic Christe uigere dies.  
 Subcȝ tuis florens Ecclesia secubet alis,  
 Nec rapiat miserias impius hostis oues.  
 Quæ pietas Patris est erga te Christe Redemptor,  
 Fac foueat simili nos pietate Pater.  
 Nostra graues fateor poenas delicta merentur,  
 Omnis & est nostro crimine poena minor.  
 Sed tamen excellat grauibus tua gratia noxis,  
 Et peccata tegat maxima maior amor.  
 Non tibi sint gemitus suspiria inania nostri,  
 Ora per infantum laus tibi uera sonet.  
 Immemor Hungaricæ ne sis pie Christe salutis,  
 Ah mea sit precibus patria salua tuis.  
 Est nomen Domini turris ualidissima Christi,  
 Quisquis es, hoc solo nomine tutus eris.

FINIS.

Digitized by Google